


Liber secundus.
II

36

Continuatio
Philosophiae

Franciscus Breitkorf.

Romae 1857.

§ 53.

Rosminius in Italia non solum in universa philosophia excollenda, sed in hac praesertim doctrina de Ideis bene quantum potuit rimanda, praeclaram operam navavit; maxime tribus oppositis voluminibus de origine Idearum (Origine delle Idee).
Ipse distinguit inter partem materialem et formalem cognitionis, atque solam formalem ait nobis a natura esse concessam.

„Sicché (Kant) non pose le idee innate ne in se, come Platone, ne' loro vestigj, come Leibnizio, ma pose innata una parte delle Idee, la parte formale; e però secondo Kant tutte ma non interamente (come voleva Locke) sono fattizie. Questo fu un passo notabile, che diede innanzi la scienza filosofica. –

Perocche ~~Perciò~~ volendoci noi continuare all'opera de' filosofi, che fin qui fiorirono appigliandoci all'addentelleto da lor lasciato, conveniva che da prima noi ricevessimo per nostri i due veri da loro posti in luce cioè: 1. doversi distinguere la parte formale dalla parte materiale del sapere. 2.) La sola parte formale esser quella conceduta ci da natura. – Ricchi di questa eredità conveniva di' poi che non avendo essi trovata l'incognita che contiene la seconda di queste due proposizioni, cioè la parte formale del sapere noi ci occupassimo a ~~[illegible]~~ determinarla, provedendo vigilantissimamente di non prendere insieme con essa forse qualche parte della materia del sapere: e che la stessa parte formale cercassimo saverla nel suo modo di essere più semplice e primitiva, non in que' modi, di quale ella si vesti, quando viene applicata: – ricerca da noi fatta e che ci diede per risultamento, „ la parte formale del sapere nello stato suo primitivo et originario consistere nell unica intuizione naturale e in noi permanente dell' Essere possibile." (S. p. 13.)

I Hanc partem formalem cognitionis in suo statu primitivo et originario ait, consistere unice in intuitione aliqua naturali ac in nobis permanenti, quae est intuitio Entis sive Esse possibilis.

Haec intuitio (Italianissh.) potest vocari Idea pura Entis, quae omnibus aliis ideis substat, ipsi autem substat nulla, quam si negamus, nihil remanet.

1. Huic ideae Entis sunt tria elementa:

a, Ipsa est objectiva:

b, est idealis, sive est idea de possibilitate, proindeque simplex et unica sive identica,

c, tandem est indeterminata; quae omnia prohibent quominus Idea Entis possit deduci de sensatione.

2, Idea Entis non potest deduci ex sensatione propriae Existentiae, quia haec est mera sensatio licet interna, neque fit conscientia sui, sive Idea τοῦ Ego, nisi huic sensationi addatur idea Entis.

3, Haec Idea Entis non sumitur ex reflexione Lockiana: nam reflexio observat sensationes, idea vero Entis in nulla sensatione invenitur, neque in externa, neque in interna, proindeque nequit inde deduci. –

4, Neque haec idea Entis oritur in ipso actu perceptionis, ut Reidius vult, nam invenitur, ut ita dicam, ab immemorabili in mente nostra, et non invenitur in ulla re percepta.

5, Neque tandem haec idea emanata nobismet ipsis, ut Kantio placeret, nam tum esset creatio, quod absurdum est, praeterquam quod mens nostra conscia sibi est quidem videre hanc ideam, nullo modo autem eamdem producere.

Restat igitur ideam Entis esse innatam.

Stolinnis[?]

Haec idea Entis est forma intellectus nostri et rationis.

Stolinnis[?]

II Constituta hunc in modum forma nostrae cognitionis Rosminius ponit ex alia parte materiam ejusdem, quae duplex est:

1, Corpus, sive materia corporea extensa, quae est terminus Sensitivitatis externae. Potentia hujus sensitivitatis externae constituitur in sensu fundamentali nostri proprii corporis.

2, Subjectum purum, quod est terminus sensitivitatis internae. Potentia hujus sensitivitatis internae constituitur in sensu τοῦ Ego simpliciter.

III Haec materia nostrae cognitionis (corpus nostrum) et haec ejus forma (intellectus noster) constituunt sensum fundamentalem nostrum intimum et omnino

unum, qui jungit sensitivitatem et intellectum. Intellectus vero possidet activitatem aliquam, ac si dixeris visionem spiritualem, quae percipit illam relationem: haec est Synthesis primitiva.
Quae activitas sumpta universaliter (i. e. facultas videre relationes in genere) vocatur Ratio, cujus prima functio est primitiva Synthesis illa. Ipsa est facultas judicandi in quantum conjungit praedicatum cum Subjecto.

IV Synthesis primitiva est illud judicium, ope cujus Ratio acquirit perceptionem intellectivam. Hujus igitur perceptionis momenta haec sunt:

1° Sensus fundamentalis τοῦ Ego percipientis corpus (hic sensus praeexistit.

2° Sensatio, quae per sensitivitatem externam venit a corporibus alienis in organa corporis nostri, et est passiva.

3° Perceptio sensitiva, quae est modificatio sensus nostri fundamentalis, terminus internus actionis externae his si addas relationem cum Ente universali, fit:

4, Perceptio intellectiva, quae est actus rationis nostrae et quidem directus.

V, Altera functio Rationis est reflexio.
Ad hanc spectant omnes actus reflexi. Eorum objecta sunt omnes actus directi spiritus nostri, in quantum est rationabilis.

~

Maxime vero 1° Sensus τοῦ Ego percipiens ideam Entis,
2, Actus facultatis universalia efficiendi,
3, Actus ipsius reflexionis.

Reflexio porro duas habet operationes: Synthesin et analysin. Illa conjungit, haec separat, illa universalizat, haec abstrahit.

~

Quemadmodum facultas intelligendi non efficit ideas singulares nisi per Ideam Entis, ita facultas abstrahendi non potest efficere Ideas abstractas nisi per sermonem. Ad illas ideas movent intellectum sensationes, ad has autem, i. e. ad abstractas movent signa vocalia quae inveniuntur in sermone.

~

Porro inter ideas abstractas, quas nobis sermo suppeditat, potissimum computandae sunt ideae finis relationis et medii. Jam vero quum hae sint ideae, quae hominem ad actionem moveant (ideoque verissimum erit sermonem esse, qui homini tribuat suarum facultatum dominium, i.e. libertatem. Quae libertas summam constituit hominis facultatem, i.e. activitatem ejus, qua idoneus efficitur, qui tandem ultimum finem adipiscatur.

Facta a se ipso sui Systematis expositione, Rosminius monet ultimo tres res sedulo distinguendas

1. Sensationem a perceptione sensitiva.
2. Ideam a judicio existentiae alicujus rei.
3. Perceptionem sensitivam a perceptione intellectiva.
4. Actum spontaneum directum ab actu reflexo, sive advertentia ad eundem actum. Quae si quis recte intelligens bene inter se distinguat symptoma erit systema ejus non minus recte ipsum percepisse — an vero adoptasse, in dubio certe erit.

§ 54.

Ultima tandem experimenta, quae hucusque facta sciamus, ut haec philosophiae basis constituatur, tentavit Giobertius, vir splendidissimi ingenii, cujus infaustum exitum et non emendatos errores satis deplorare poterit nemo. Giobertius statuit Objectum primarium et principale philosophiae esse Ideam, quae est terminus immediatus intuitus mentalis. — Ideam esse Verum absolutum et aeternum, in quantum se praesentat intuitioni humanae.

Ideam relate ad cognitionem esse Objectum ejus immediatum esse cum ipsa cogitatione congenitam, seu ipsi innatam.

Haec idea demonstrari non potest, habet tamen charac-

terem, qui aequivalet demonstrationi sc. evidentiam; evidentia vero parit certitudinem. –
Porro haec idea primitiva indemonstrabilis, evidens et certa per se ipsam, haec idea universalis, immensa, infinita, interior et exterior spiritui, haec idea conjuncta cum spiritu per ipsum actum creativum, est in hoc primo suo intuitu vaga indeterminata, confusa, dispersa. Jam vero cogitatio in hoc statu super se ipsam replicatur, et ope signorum, quae constituunt sermonem illum primum intuitum apprehendit per intuitum secundarium. haec est Reflexio.
In reflexione idea fit clara, determinata, singularis, cum fere in modum, quo per orificium telescopii ex immensitate coeli parvum ejus spatium excisum consideratur.

~~

Jam vero sermo qui est principium determinativum Ideae, est etiam conditio necessaria evidentiae et certitudinis.

~~

II Quapropter ut idea possit a reflexione apprehendi et deinde a philosophico studio excolli, opus est, ut claro, simplici et accurato modo per sermonem exprimatur. Haec ejus expressio est formula idealis. ~~
Et quia fieri non potest, ut cogitet homo, nisi etiam judicet, ideoque formula idealis exprimitur per judicium.

~~

Forma idealis debet continere omnia elementa integralia Ideae nec plus nec minus, ad quae deinde possint reduci synthetice omnes notiones, quaecumque tandem in Spiritum cadere possunt.

~~

1° Primum elementum Ideae proindeque et formulae idealis ex Gioberto est simul ontologicum et psychologicum et vocatur ab ipso: Primum philosophicum. Hoc primum philosophicum est Ens et quidem Ens reale. –
Hujusmodi Ens concretum est et individuale utpote reale et positivum in summo gradu, est simul abstractum et universale, utpote purum et sincerum, i.e. expers omnis formae, infinitum, absolutum.

~~

Haec plane secum non cohaerentia obtrudintur

:

non alia ex causa nisi systematis gratia, in quo cum unicum objectum intuitus sit Ens reale, jam Ens abstractum et possibile locum non habet nec habere potest. Et tamen nec negari potest Ens possibile. – In nostra sententia forma Entis consideratur, quae forma si absque Ente consideratur, dat Ens possibile. Haec optime secum cohaerent. –

Nota etiam in hujusm. sententia Ens illud reale esse sine forma. Bene sane mi andant.' quae mihi inde solum videtur explicari, quod nimirum auctor ita tantummodo ideam Entis conciliare potuit, et cum intuitu cui est innata, et cum reflexione, a qua apprehenditur per sermonem. Nam si haberet formam suam, non esset innata, sed per actionem suam et quidem per formam intuitioni sese obversaret, tunc etiam reflexio esset in ipsa intuitione et non in alio illo momento quod in systema inducitur.

Hoc primum Elementum Ideae et ejus formulae exprimitur per sequens judicium sc: Ens est necessario, cujus judicii, quod a spiritu percipitur in actu immediato intuitus, auctor est Ens ipsum, spiritus vero simplex tantum testis.

rr.

Judicium hoc divinum expressum est per propositionem aeque divinam, in cujus repetitione reflexa continetur principium, in evolutione vero progressus philosophiae humanae.

rr

2, Secundum elementum Ideae et ejus formulae est Idea existentiae, quae maximam necessitudinem habet cum Idea Entis, et in sermone saepenumero cum eadem confunditur, rectius tamen ex ipso sermone intellecta, nihil aliud est, nisi: realitas propria alicujus substantiae actualis, producta ab aliqua substantia distincta, quae illam continet potentialiter, in quantum idonea est, quae illam producat. Ex quo patet ideam Existentiae necessario pendere ex idea Entis.

rr

3, Hic nexus inter existentiam et Ens est tertium elementum Ideae et formulae idealis. Hic autem nexus non potest esse alius nisi creationis. Nam statim ac existentia dependet ab Ente, tanquam effectus a causa, hinc Ens non potest esse

alia causa nisi creatrix. Quo posito id solum remanet investigandum an Ens re ipsa sit causa. nam modo sit causa, erit certe causa creatrix. Jam vero haec est res facti, imo est factum divinum, quemadmodum primum illud elementum erat judicium divinum. Eodem igitur modo, quo illud judicium divinum fuit apprehensum, et factum hoc divinum ab intuitu nostro pariter apprehenditur. et spiritus noster fit conscius hujus facti dum intuetur Ens producens existentias, et in operibus suis extrinsecans, modo finito, essentiam suam infinitam. In quo certe sententia Giobertiana maximus subolet error. xx

Jam nunc ea, quae ex his tribus elementis necessario constare debet formula idealis potest enuntiari his terminis: Ens creat existentias. Haec formula est expressio organica Ideae et summum fundamentum omnis scibilis.

Certe haec formula est necessaria. Prima igitur consequentia est creationem aeque esse necessariam. Quid contra haec respondere possit, plane non video. Quod autem formula sit necessaria, evidentissimum est. Nam ponitur ut primum principium. Jam vero repugnat, ut primum principium sit contingens et relativum. Relativum enim refertur semper ad aliquid absolutum. Ideoque et haec formula referretur ad aliam, sic esset relativa. Omnino igitur debet esse absoluta et necessaria si est prima. Quod si necessaria, etiam id quod continet et exprimit necessarium erit, nam hoc profecto ipsam constituit, nec esset necessaria, nisi id quod continet, necessarium esset. Sed si hoc est necessarium – necessario creatio – patet. –

III Doctrina Giobertii de origine aliarum idearum praeter illam primam Ideam Entis, in eo convenit cum doctrina Rosminii, quod omnes ab idea Entis procedunt, sed Entis realis non possibilis, neque per generationem, sed modis sequentibus.

1° Omnes ideae sive conceptus absoluti procedunt ab idea Entis non per viam generationis et creationis, sed simplicis dependentiae logicae.

xx

2, Omnes ideae sive conceptus relativi, in subjectivitate sua, procedunt ab idea Entis non per viam generationis, sed creationis, –

3, conceptus relativi procedunt etiam ab idea existentiae non per modum generationis et productionis, sed per modum simplicis dependentiae logicae.

Omnes itaque nostrae ideae non generantur ex idea Entis, sed ideam Entis comitantur solummodo. Ideoque non sunt deductae, sed revelatae seu communicatae, et haec communicatio juxta Gioberlium est actus ipse creationis quo actu Ens et revelat nobis se ipsum cum suis perfectionibus, et dat notitiam rerum contingentium. Haec est summa doctrinae Gioberlianae de ideis et caput totius Systematis. — In quo systemate sedulo notentur tres praecipui errores qui ad amussim respondent tribus elementis ejus formulae:

I Intuitum Entis esse rationi nostrae innatum, eum naturalem eumque sine forma immediatum.

II Existentias ita procedere ab Ente ut sint modus finitae ejus essentiae infinitae.

III Nexum qui intercedit inter Ens et existentias, scil: creationem esse necessariam.

§. 55.

In Scholis recentioribus, quae a Studio systematum se abstrahunt, vel se abstrahere sibi blandiuntur, idea passim definitur vel: imago rei intellectualis, vel repraesentatio objecti in mente facta, vel simplex veritatis perceptio, vel illud quod in mente versatur dum mens simpliciter cogitat, vel objectum immediatum intellectus, vel medium quoddam inter rem cognoscendam et intellectum. (Magis) (Reidius)

Cartesius. Liberatore

Rosmini

Lockius

Quarum omnium definitionum defectus vel superfluitas ex eis huousque discimus oppido patent.

§. 56.

Aptissima definitio ideae quae ex ipsa formula logica deducitur et omni ideae in latissima non minus ac in arctissima ejus acceptione in reali non minus ac in possibili ejus statu, convenire potest, haec nobis videtur, ut nimirum idea sit

Forma Entis in intellectu.

I Dicimus formam:

ut dicamus ex una parte aliquid majus quam simplicem imaginem, ex alia vero parte aliquid minus quam rem ipsam, ipsum objectum, ~~ipsam~~ ipsum ejus ~~substantiam~~ ens.

II Dicimus Entis:

ut distinguamus formam ontologicam, quae constituit veri ideam a forma mere logica quae est nomen, verbum, vox, et quae constituit formam ipsius ideae; (Vox est forma ideae. Arbitraria in specie, sed necessaria in genere. F

III Dicimus in intellectu:

ut distinguamus a forma in Ente ipso, quae ibi sumpta constituit rem, et non ideam.

F Est necessaria: nam sine voce non potest idea habere suam formam, ac proinde nec potest esse vera idea. Nam omnis res tum solum vere est cum est in sua forma. Ergo et idea. — Idea sine sua forma (sicuti omnes res) non existit. Vox igitur est forma ideae. Vox qua se affirmat Absolutum: Ego sum qui sum, est forma Ideae absolutae. Sed cum nos Ideam absolutam videre non possimus, (quia Idea absoluta i.e. forma Entis Absoluti, unum est cum ipso Ente, et si nos formam ejus videremus, videremus et Ens ipsum) hinc est quod de Idea absoluta nos nihil aliud videre possimus nisi ejus formam, i.e. formam Ideae, non Ideam ipsam. Sed forma Ideae non esset intelligibilis si sola esset, si esset simplex — Et ideo hujusmodi forma Ideae Absolutae (Affirmatio Divina) non est simplex, sed triplex seu potius trina: "Ego sum qui sum" Ideo fit ut hujusmodi forma, licet mere logica et vocalis, tamen est intelligibilis, imo maxime intelligibilis, quia est forma ipsius Intelligibilis, i.e. Ideae divinae, — et ex hac prima forma intellecta pendet intelligentia omnium idearum.

Omnes aliae ideae, i.e. ideae de aliis rebus, i.e. formae rerum, videntur in se ipsis. Quae si congruis vocibus exprimantur constituunt repetitiones logicas sive subjectivas, formarum ontologicarum sive objectivarum. Quando video formam hominis, et eam reffero ad Ens suum, jam habeo ideam hominis. Haec non possem facere nisi prius haberem in mente quam nos dicimus formulam idealem. Sed semel ac ope ipsius perveni in ideam hominis, hanc ideam possum voce exprimere, et dari ipsi suam formam vocalem, scilicet possum dicere: Hoc ens vivum, animatum rationale sc. haec forma pertinet ad Ens quod dicitur Homo.

Itaque in omnis contingentibus ideis ex idea pervenimus in vocem (formam ejus); sed in Idea Absoluta ex voce pervenimus in ideam. De idea absoluta tenere possumus tantum formam logicam, de aliis Ontologicam.
Sed haec forma logica Ideae absolutae cum oriatur ex ipsa actione (i.e. affirmatione) Ideae non est subjectiva in nobis, sed objectiva; et tum solum fit subjectiva quando nos recogitamus in nobis unumquodque momentum ex tribus quae illam constituunt; scilicet Ens, proprium et formam; et haec recogitatio formae logicae Ideae absolutae constituit nostram formam logicam expressam per eam quam vocamus formulam logicam.

Momenta quae constituunt formulam logicam sunt verae ideae, quia vere sunt formae Entis. Scilicet sunt momenta formae Ideae absolutae; Idea autem absoluta recte vocatur Ens, quia est forma Entis absoluti et in Ente absoluto forma convertitur cum Ente. Ergo forma Ideae absolutae est forma entis absoluti, ac proinde omnia quae constituunt formam Ideae sunt etiam forma Entis. Ergo momenta illa formae Entis, quae constituunt formulam logicam, sunt verae ideae.

Affirmatio igitur divina et momenta quae eam constituunt sunt pro nobis verae ideae (sicut et omnia nomina divina) licet in se, respectu ad Deum, non sint ideae, sed verba et nomina. In aliis rebus nomen non est Idea, sed ~~perceptio~~ expressio ideae, forma Ideae.
Hinc est quod dicimus Ideam esse formam Entis, ut distinguamus a nomine, quod non est nisi forma Ideae.

Caput III

A. De prima Idea.

§. 57.

Cum videamus alias ideas ab aliis procedere produci, ab ipsisque pendere, huic admittatur necesse est prima aliqua idea, ex qua omnes procedant ab ipsaque pendeant; sicut in arithmetica omnia procedunt ex unitate, et omnia ex puncto in mathematica.
Haec prima idea non potest ab ulla alia procedere vel pendere debet per seipsam stare, per se ipsam evidens esse.
Quapropter huj: m. prima Idea non potest esse nisi Idea absoluta.

§. 58.

Idea absoluta, sub quacumque tandem forma sumatur, etiam sub forma simplicis esse, non est nobis innata non congenita menti nostrae, non connaturalis, sed connaturalis est nobis et innata facultas tantum percipiendae formae huj: m. Ideae

§. 59.

Cum omnis Idea nobis sit: <u>Forma Entis in intellectu</u>, quaeritur, sub quanam forma percipiatur a nobis forma Ideae absolutae, seu Entis absoluti, cum in Absoluto Idea cum Ente convertantur? Jam vero haec forma non potest esse alia nisi affirmatio ejusdem Ideae absolutae de seipsa, facta per sermonem.

§. 60.

Haec affirmatio Ideae absolutae est primum affirmatio <u>de existentia</u>, ita ut possit contineri hac formula:

Ego sum qui sum
vel
Ego sum existens.

Hoc exemplum mathematicae et arithmeticae maxime ad rem facit, nam viam praecludit omni ingenio quod vellet in ideis in infinitum retrocedere. Nam certe nisi esset punctum non esset linea, nisi esset unum non esset duo. Principium necessario admittendum est. Jam vero argumento mathematico nihil est evidentius et hoc argumentum mathematicum est. Ergo! – certe eadem est lex mentis humanae in mathematica quae et in logica. Ita est punctum ita unitas; quae non describuntur, non definiuntur, nisi negative. positive intuentur tantum. Nisi ita esset prima idea non esset prima.
Non dicimus in nobis esse ideam absolutam sed potius ideam de <u>Idea absoluta</u>, quia agitur de idea in mente nostra quae <u>non potest in se ex se continere Ideam ipsam absolutam sed tantum habere ideam de idea absoluta</u>.

§ 58.

Haec sententia pluribus probata est cum disserimus de formula ideali. Quanti sit momenti non est longum disserere; sufficit adnotasse hanc solam sententiam evertere omnem philosophiam rationalisticam et pantheisticam.

§ 59.

His non intelligimus per sermonem cum tantummodo qui noster humanus est sermo scilicet articulatus neque exclusive alium quemlibet humanum sermonem, sed omnes omnino possibiles sermones per signa per numeros etc. —

§. 60.

Parum refert nos non percipere immediate a Deo huj: modi affirmationem sed a parentibus.
Nam semper verum est primam rem quam nos percipimus a parentibus esse eorum affirmationem de existentia sua. Hanc affirmationem nos percipimus tanquam aliquid extra nos in se existens et in nos agens. Postea animadvertimus parentes nostros in eadem conditione fuisse ac nos sumus et ita necessario hanc actionem sive affirmationem referimus ad Ens aliquod quod revera in se et ex se existit et in nos primario

licet mediate (per parentes) agit.
Porro in hoc enunciato: quod existit vel existens involvitur etiam notio affirmationis et actionis nimirum potest dici: quod affirmat vel quod agit. Sed de hoc postea.

§. 61.

Existentia est loco formae, Ens occupat suam propriam sedem, Esse autem est loco Proprii sive dependentiae.

§. 64.

F Etiam debet esse, nam natura cogitationis consistit in tribus momentis et sine his cogitatio esse non potest. Idea autem est cogitatio.

§ 64.

F Certe nihil aliud sunt Existentia, Esse et Ens.

F. o Etiam debet esse, nam natura cogitationis consistit in tribus momentis et sine his cogitatio esse non potest. Idea autem est cogitatio.

+ Hi tres modi seu tria momenta sunt. Existentia, Ens et proprietas seu Habere.
Haec vero ostenduntur si simpliciter ad grammaticam appellamus v.g. simplex vox: Existens potest distribui in tres: Id

Caput III

A. Prima Idea

Haec forma affirmationis, quae objective est, est prima forma, quae a nobis percipitur perceptione, fit subjective prima Idea nostra.
Haec porro prima Idea nostra subjective sumpta potest exprimi hac formula:

Quod existit, seu existens est Ens aliquod.

§. 61.

Ex hoc sequitur primam formam, quae apprehenditur, ac proinde primam Ideam quae formatur, non esse simplicem, sed triplicem, aut potius trinam. Ejus tria momenta sunt:
1, Existentia
2, Esse
3, Ens
sc. sunt eadem, quae et formulae idealis, nisi quod in formula ideali sint generaliter, et omnibus terminis aptari possint, hic autem in prima Idea sunt in particulari nimirum applicata unico termino qui est Existentia.

§. 62.

Hinc patet primam Ideam habere formam judicii. F°
At non est verum judicium; nam ad judicium requiruntur duo veri termini et eorum Synthesis. hic autem unus tantum est terminus, scil: existentia, ea vero quae conjunguntur, et videntur esse quasi termini non sunt nisi momenta seu modi ejusdem termini F. Cum autem in unoquoque ex quod habet existentiam. Et ita hac etiam simplicissima via ad eadem pervenimus coda sequentes.

his modis eadem Idea integra repetatur, hinc potest et debet unusquisque his modis tanquam integra et distincta Idea considerari. + +

§. 63.

Itaque primus modus huj: m. primae Ideae, seu ut ita dicam, Idea primo prima, est Idea existentis, seu existentiae. +

Forma Entis in hoc primo momento percipitur tanquam existentia simplex et pura, sine ulla alia determinatione, seu nota positiva.

Diximus autem Existentiam puram et non Ens purum vel Esse: cujus rei ratio, gravissima sane, ex iis patet, quae de falsis systematibus ontologicis fusius disseruimus. +

Diximus praeterea: sine alia determinatione seu nota positiva: nam negativas potest habere quarum prima et quidem maximi momenti, est haec:

Quod non sit nihil. +

§. 64.

Secundus modus, seu momentum primae Ideae, est quod existentia sit propria alicujus Entis. sc. hoc secundum momentum est Idea proprietatis. ≠

Idea proprietatis consistit in necessaria relatione existentiae ad Ens. ≠
(Et Entis ad existentiam)

§. 65.

Tertius modus seu momentum primae Ideae est Idea Entis.

Haec Idea Entis in hoc consistit quod supponatur necessario aliquid cui existentia inhaereat, et a quo processerit.

Ens est postremum, si a posteriori quaeratur; primum si a priori.

Haec vero ostenduntur si simpliciter ad grammaticam appellamus. V. gr. simplex vox: Existens potest distribui in tres: id quod habet existentiam. Et ita hac etiam simplicissima via ad eadem pervenimus consequentias.

\+ §63. Ratio divina procedit ab Ente ad existentiam nostra ab existentia ad Ens. Licet idea generalis Entis prima sit et in Deo et in nobis tamen ordine inverso procedimus in consideratione ejusdem ideae Entis quae trina est, nos videlicet a posteriori ad prius, Deus vero a priori ad posterius.

\+ Ens purum in se non potest videri, potest tantum in sua forma. Haec forma primo est existentia, sed neque ipsam in se videmus. Nam si nos ipsam formam Entis in se videremus, cum forma Entis sit absoluta, videremus non solum momentum existentiae sed omnia ejus momenta omnesque modos simul. Hoc autem non convenit cum nostra conditione, nam non esset visio successiva et discursiva, quae est nostra, sed esset intuitiva et simultanea quae quidem est visio Dei. Ut igitur Deus formam suam nobis exhiberet ad nostrum modum contemplandam non eam in se ostendit in nobis sed sub alia forma quae est forma formae ejus et quae est sermo. Ope sermonis Deus potuit nobis successive suam formam revelare, atque id fecit. In hac autem revelatione primum momentum est affirmatio de simplici existentia atque ita haec est prima nostra idea.

Notetur impossibilem esse ideam simplici existentiae sine sermone i.e. sine forma omnino formali. — Nam in forma reali est semper aliqua determinatio.

\+ Et hoc est momentum maximi sane ponderis. Nam hic statuitur differentia inter verum philosophicum et idealistarum maxime Hegeli errores. Ad hanc rem haec observa. Ens purum esse nihil, quod est principium Hegelianae disciplinae potest quis sibi persuadere in aliquo mentis excessu. est namque sententia involuta et ambigua. Sed existentiam esse nihil ne [illegible] quidem philosophus sibi in mentem si ipsi-dem compos[illegible] inducere poterit. Nam existentia jam est nota quae determinat Ens (Ens jam tum non est indeterminatum et purum in sensu indeterminationis). Nota inquam saltem adeo positiva ut distinguat Ens a non Ente i.e. a nihilo in quo maxime consistit idea existentiae.

Ex quo sequitur quanti importat incipere philosophiam et praesertim doctrinam de ideis ab idea existentiae et non Entis maxime quod ita postulat rei veritas.

‡ §64.

Nos hic loci rem non probamus sed exponimus. Res jam probata est cum primae ideae integrae cum suis tribus momentis admitteretur.

‡ Hujus relationis natura deinde uberius exponetur.

§66.

⊥ Haec forma respondet existentiae simplici in prima idea existentiae determinatae in omni alia idea sed semper existentiae. Nam idea simpliciter nihil aliud est nisi apprehensio rei in ejus existentia.

⊥ Nam formae saltem rerum sensibilium etiam a brutis percipiuntur. sed cum non sit in brutis haec idea proprietatis hoc lumen, nunquam illae formae transeunt in veras ideas.

4 Hoc sedulo notandum est, maxime quod ex sola expositione res ultro probata sit et simplici intuitu percipiatur. <u>Hac sola positione quaestionis, ut dicunt evertitur intuitus Entis Giobertii et identitas cogitationis cum Ente Schellingii et Hegelii.</u>°

⊥1 Alio sensu sumitur hic forma tamquam momentum primae ideae et alio tamquam prima idea ipsa: hic tamquam totum ibi autem tamquam pars. Tamquam pars potest etiam considerari separate i.e. idealiter, non ita haec forma, quae consideratur ut totum, quo semper cogitatur tamquam realis.

° Est tamquam punctum in mathematica et unitas in arithmetica. In spatio nullum est punctum unicum et in numeris nulla unitas exclusiva, non divisibilis, et tamen omne spatium debet reduci ad punctum unicum primordiale ut intelligatur et ex omni numero debet concludi ad unitatem indivisibilem nam aliter numeratio absurda esset. Punctum unicum et unitas indivisibilis necessario concluduntur ex spatio et ex numero, sicut Ens seu Existentia.
<u>Quod in logica forma, proprium et Ens id in mathematica: quantitas, motus et punctum, in arithmetica numerus, additio, unitas.</u>

§67.

Parum refert quod haec idea non veniat nobis immediate a Deo sed per homines, per parentes. Nam cum affirmatio parentum de se ipsis participata sit ab ipsorum parentum parentibus et ita ulterius, inde evidens est hanc affirmationem non esse αὐτόνομον, et necessario referri ad primam affirmationem i.e. Dei. — Quod autem primum sit necessarium ex se patet. Cum autem a nobis dicitur prima idea esse necessaria eo sensu dicitur quod prima existentia seu existentia primi Entis sit necessaria.

Ens ultima basis et fundamentum, est primus fons et causa originalis existentiae, et totius primae ideae.

§66.

Hinc in modum primae Ideae (et post illam omnes aliae), constat his tribus momentis: ⊥

1° <u>Forma</u>, quae hic respondet existentiae, et quae est objectum primum et immediatum Ideae, objectum, quod ab ipsa percipitur, apprehenditur, videtur. ⊥

2° <u>Idea proprietatis</u>, quae est lumen intellectuale dans formae apprehensae valorem idealem, eo ipso quod illam ad Ens referat. ⊥

3° <u>Ens</u>, quod est objectum Ideae ultimum et mediatum, quod intellectus in hoc suo statu nunquam in se percipit, nunquam videt. sed ad quod ex existentia apprehensa necessario concludit. 4

Haec tria momenta: Formae Proprii et Entis, nonnisi in eorum Synthesi constituunt primam Ideam i.e. primam formam Entis seu etiam Formam primi Entis in intellectu. ⊥

§67.

Haec prima Idea in sua integritate est necessaria et de necessario, cujusmodi est omne primum.

§68.

Haec prima Idea in sua divisione i.e. unumquodque ejus momentum separate sumptum, et idealiter recogitatum, constituit Ideam possibilitatis. Et quidem:

<u>Existentia</u>, sive indeterminata

sive determinata (i.e. forma generatim loquendo), sed sine Ente est actus possibilis alicujus entis: mera Idea.

2. Proprium sine Ente, est capacitas, quam habet Existentia, et in genere Forma inhaerendi alicui subjecto, relatio ejus ad Ens, quod tamen non existit haec est proprie Idea possibilitatis.

3. Ens sine Existentia est pura potentia, sc. nihil.

§. 69.

Haec prima Idea in sua divisione realiter recogitata, constituit Ideam contingentis, ita ut contingens sit Ens possibile realiter existens, i.e. cui conjuncta est existentia. sed quae ab ipso separari potest. Ita ut in contingente sit

1. Existentia, quae potest ab Ente separari, sed nunc ipsi conjungitur et est id quod deductum est in actum, sc. Actus ipse.

2. Proprium id, per quod deducitur Ens in actum, sc. Actualitas.

3. Ens id quod in actum deducitur sc. non jam pura sed actualis potentia.

§. 70.

Ex his patet primam Ideam continere in se omnia transcendentalia, quae ita dicta sunt ab antiquis Scholasticis eo quod transcendant omne genus et quidem continet:

1. Ens, uti patet.

2. Unum quod est Ens mathematice seu potius arithmetice sumptum.

3. Aliquid quod est Ens cum forma

§. 68.

Ex hac theoria de possibili multa sequuntur corrolaria gravissima. Et primo quidem idea cum necessarii praecedere ideam possibilis. Deinde Ens contingens esse idem quod Ens possibile quoad naturam, sicuti in hoc tantum differe quod Ens contingens sit Ens possibile in actu quod nimirum existentia (actus possibilis) conjuncta sit cum Ente potentiali. Sed de Ente contingente plura in Ontologia et proxime in § seq.

Hic videmus quo sensu Ens potest dici nihil. Unde possunt etiam haec loca Hegelii juste aestimari – Das reine Seyn etc.

§. 69.

Ex hoc sequitur quod forma possit separari absolute, sed hic loquimur de separatione reali. nam si idealiter etiam separetur tum Ens non esset ut hic dicimus actuali potentia sed pura potentia i.e. nihil, uti jam dictum est in § antecedente.

Actualis potentia exprimit idem quod est vocabulum facultas. Certe non est haec potentia sine ullo actu, nam uti potentia jam existit, est igitur potentia in primo actu, potentia actualis.

§. 70.

§. 70.

Idea transcendentalis transcendit omne genus. De genere etc. quid sit, habes §§ seq. Hae sex enumeratae quae sunt, sunt verae ideae. sed cum idea Entis convertantur, et arcu Ens transcendit omne genus etiam ipsae omne genus transcendunt.

indeterminata,

4°, <u>Res</u>, quae est Ens cum forma determinata.

5°, <u>Verum</u> et

6 <u>Bonum</u> quae duo postrema transcendentalia in prima Idea contineri sequentibus capitibus apparebit.

§. 71.

Ex his etiam patet, primam Ideam continere in se omnia quoque <u>universalia</u>, quorum quinque Logici computant. Etenim continet in se:

1° <u>Attributum</u>, quod nihil est aliud quam proprietas essentialis sc. ea proprietas sine qua aliquod Ens non esset id ipsum Ens. °

2, <u>Accidens</u>, quod aliud non est, quam proprietas indifferens, quae ita ad Ens pertinet, ut sine ipsa Ens nihilominus esset id quod est. °°

3°, <u>Genus</u>, quod est illud attributum vel attributa, quae magis minusve remote Ens determinant. °°°

4, <u>Differentia</u>, quae est illud attributum sive proprietas essentialis, quae proxime et ultimo Ens aliquod determinat. ‡

5°, <u>Species</u>, quae est Synthesis generis et differentiae, sc. est Totalitas omnium attributorum, et eorum quae remote, et eorum quae proxime Ens determinant. Nimirum species est totalis determinatio Entis, per omnes ejus proprietates essentiales. #

Haec quinque ideae universalia dicuntur quia ex ipsis ideae formantur universales. ###

---

§. 71.

° Possemus dicere ideam attributi esse ideam proprietatis essentialis sed brevitatis causa omisimus vocem ideae, cum clarum sit de ideis in hac tota disputatione sermonem esse. — Et sic etiam in seqq:

°° V. gr. ~~in~~ albedo vel nigredo in homine forma cylindrica vel rotunda in ligno et ita porro. Hae proprietates sive adsint sive desiderentur homo semper erit homo et lignum erit lignum. <u>Haec sunt accidentia</u>.
Possidere autem rationem est <u>attributum</u> ~~[illegible] sine quibus attributis~~ hominis, vitam et motum attributum animalium sine quibus attributis nec homo, nec animal animal esse potest.

°°° <u>Vr. gr.</u> in homine existentia, vita et animatio sunt attributa quae ejus Ens remote determinant. <u>Hujus m.</u> remota alicujus Entis determinatio constituit genus ad quod pertinet homo. — Sic de aliis. —

‡ V. gr. rationalitas in homine, nam hac ad illa priora, constituitur homo, nec ipsi differentiae aliud addere opus est ut hominem definiamus. Proinde ea proxime et ultimo Ens determinat.

Idea differentiae, de qua superius ideo dictum est quia differentiam constituit inter genus et speciem. Genus tota differentia minus est quam species et species universa tota differentia major est quam genus.

Idea universalis ultima est idea speciei. <u>vr. gr.</u> homo. Nam <u>aliquis homo</u> jam est idea particularis, <u>hic homo</u>: singularis seu potius individualis. —

§72.

Speciei si addas proprietates etiam indifferentes, i.e. si attributis addas accidentia habebis Ens maxime determinatum, ita ut sit <u>individuum</u>.

§73.

Jam nunc possumus intelligere, quomodo in prima idea inveniantur omnia elementa universalia, et ut ita dicam, omnes formae universales ceterarum idearum. Nam in ipsa certe invenitur:

1°) Existentia ~~illa~~ illa indeterminata proindeque supra omne genus, in qua continentur omnia transcendentalia. Hoc est elementum <u>determinandum</u>. ‡

2°) Idea proprietatis illa universalis in qua continentur omnia universalia. Hoc est elementum <u>determinans</u>. ‡

3°) Tandem Ens. Quod per suam existentiam determinandam per proprietates naturae suae determinantes et ipsum determinabitur, quale sit in particulari. Hoc erit elementum <u>determinatum</u>.

Qua in re adverte determinationem existentiae esse idealem, quia potest considerari sine Ente, determinationem vero Entis esse realem, quia si existentiam determinatam cum Ente conjungamus, non potest haec determinatio non esse realis. ‡

His praemissis jam nunc alias ideas omnes explicare res erit nullius negotii.

B
De ideis secundis.

---

§72.

Haec etiam ultima determinatio per proprietates profluit ex idea proprietatis illa prima atque ita omnis determinatio radicem suam habet in idea proprietatis. sed sedem apparentem in forma, quae est manifestatio proprietatis.

§73.

‡ Quod est determinandum i.e. describendum definiendum etc. est existentia, nam hac determinata tum demum Ens determinatur.

‡ Haec idea proprietatis universaliter applicatur omni proprietati in particulari, quae percipitur ab extrinseco.

‡ Haec explicant nos ideas reales non habere nisi de Entibus, quae existunt ac proinde omnes ideas reales esse ideas <u>particulares</u> seu potius in<u>dividuas</u>. Idea[tis] realis est idea de Petro, Paulo, Joanne. Idea de homine quae est universalis est eo ipso formalis tantum, possibilis non realis. – Diximus, determinationem existentiae esse idealem tantum, Entis vero realem. Nimirum Ens determinatur per existentiam existentia autem per proprietates. Cum determinavero existentiam aliquam particularem, possum in hac determinatione sistere, neque eam attribuere alicui Enti et sic determinatio manet formalis tantum et idealis. Haec est natura determinationis existentiae. – Sed cum ipsam attribuero Enti correspondenti tum fit res, Ens reale quod nihil aliud est, quam attributio existentiae determinatae enti quod prius fuit nihil, veluti puncto mathematico quod aliud ab alio non distinguitur nisi per diversam intensionem qui ipsi inditus est ita Ens ab Ente per diversam actualitatem existentiae sibi communicatae.

§. 75.

Nihil negotii nobis facessit admittere sensus tanquam receptaculum formarum rerum sensibilium. Hoc nihil derogat dignitati intellectus nec sensationi tribuitur plusquam oportet. Sensatio semper maneret simplex sensatio, quemadmodum in brutis, nisi intellectus antea in actu extitisset et in ipso formula idealis. Per formulam idealem intellectus sensationem quam in suo sensu passive apprehendit refert ad extra ad Ens, a quo active procedit; et cum h. m. actus pertineat ad formam illius Entis (nam non agit Ens nisi per suam formam) hinc nihil aliud facit quam referre formam ad Ens. — haec autem relatio formae ad Ens proprie constituit ideam.

Quomodo autem intellectus percipiat sensationem? Cum nihil vile possit agere in id quod est nobilius. aut certe requiritur saltem aliqua proximitas et affinitas inter agens et patiens. — uti non absurde contendit Aristoteles. Quomodo igitur sensibiles res quae omnino materiae est ex se absolute passiva agere in intellectum poterit, qui spiritualis est et eminenter activus? —

Sed observandum est corpus humanum proindeque ejus sensus necessario habere suum Ens i.e. inhaerere alicui unitati animali, quam omnia bruta habent. quae deinde ipsa conjungitur cum anima spirituali. — Haec porro unitas animalis utpote unitas non est mere materialis sed aliquo modo spiritualis nam est simplex et uti diximus unitas. unitas autem et quod est simplex non est materia neque est in materia. Quo posito id quod in hujusm. Ente unico ac simplici licet animali percipitur ex sensibus (nimirum sensationes) id percipitur non jam modo mere materiale sed illo simpliciori immo simplici qui convenit hujusm. Enti. Quare sensatio hoc modo percepta idonea est quae ab intellectu percipiatur hoc modo simplici licet sensibili, maxime cum illud Ens animale conjunctum sit cum hoc intellectu. — At certe haec perceptio nunquam ipsa sola efficeret ideam uti jam diximus; sed etiam diximus quomodo possit ex sensatione idea effici, nimirum per formulam idealem. Hic modus efficiendae ideae verum ostendit et confirmat intellectum active ideas efficere, quod persensit Aristoteles, explicavit S. Thomas et rei natura postulat; modo intelligatur de ideis secundis et non de prima.

§. 76.

His verbis maxime est quaestio enodata, an scil: intellectus in formandis ideis agat nec ne? Doctrina veterum (Aristoteles et S. Thomas) de intellectu agente non videtur ab hac nota posse defendi, quod nempe intellectus ipse efficiat species intelligibiles proindeque sit creator idearum. Si autem ponatur, uti ponimus, formas non creare sed percipere passive earum relationem ad Ens, proindeque rationem ideae formis tribuere, et vi superioris illius principii sibi communicati, omnia bene cohaerent.

§ 77.

Determinatio aequivalet negationi. Opponitur ergo indeterminato tanquam negatio affirmationi. Sed non ut absoluta absolutae, sed opponitur ut relativa affirmatio absolutae affirmationi. Negat igitur se ipsum esse Absolutum, sed non negat ipsum absolutum immo eo ipso affirmat. Veluti lux reflexa

§ 74.

Si prima idea nostra est forma ideae absolutae, quae est etiam Ens primum et absolutum, profecto omnes nostrae ideae secundae erunt formae rerum secundarum, i.e. contingentium. *

§. 75.

Formae Entium contingentium, si ipsa sensibilia sunt, per sensus a nobis percipiuntur, si intelligibilia (spiritualia), per sermonem.

§. 76.

Formas objectivas rerum, sive per sensus sive per sermonem, passive perceptas, intellectus active convertit in ideas, applicans ipsis formam primae ideae.

§. 77.

Forma objectiva Entis alicujus secundi sive contingentis est determinatio alicujus formae indeterminatae Entis primi, videlicet est Existentia non generaliter sed determinata ad aliquem modum.

§. 78.

Quod in forma objectiva Entis est determinatio, id in forma ejus subjectiva est Nota. Eae proinde sunt notae in ideis, quae sunt determinationes in rebus. Utraeque vero fiunt per proprietates hic quidem per reales, illic autem per easdem proprietates idealiter recogitatas. Quare sicut res alia ab alia distinguitur per suas cujusque determinationes ita ideae per suas notas discernuntur ab invicem.

§. 79.

Summa omnium notarum, quae ideam

constituunt, vocatur in Logica ideae comprehensio.

Summa rerum, quae sub una idea collocantur, vocatur ideae extensio.

Unde sequens oritur lex logica:

Quo major comprehensio ideae,
eo minor ejus extensio, et e contra:
Quo major extensio,
eo minor comprehensio. +)

Sed et haec alia lex non minus erit vera nimirum:

Quo major determinatio rei, eo major comprehensio ideae et minor extensio et e contra: Quo minor rei determinatio, eo minor ideae comprehensio et major extensio.

§ 80.

Vidimus determinationem primae ideae ulterius non determinatam, omnino generalem ac simplicem, esse determinationem existentiae. Nunc operae pretium erit omnia in secundis ideis 2 genera determinationum magis ~~[illegible]~~ magis ac particularium, ex ordine recurrere. +++

Prima determinatio existentiae indeterminatae est Materia, cujus forma generalissima est Spatium. Sed haec idea secunda habebit et ipsa juxta momenta ideae primae sua etiam tria momenta, quae sunt:

1° Punctum, et physice mollecula quae necessario ita cogitantur, ut sit aliud juxta aliud, et haec cogitatio unius juxta aliud proprie constituit abstracte quidem Spatium; physice vero Quan-

cum se affirmat reflexam. Non enim esset reflexa nisi esset absoluta.

Optima igitur ratio quae possit intelligi hujus determinatio primae formae, primae existentiae indeterminatae haec est, si eam nempe intelligamus tamquam reflexionem: ~~[illegible]~~ illius formae seu existentiae modo finito factam in aliquo puncto quod in nihilo constituitur et cui facultas datur in hunc vel in alium modum hanc existentiam reflectere.

§ 79.

+) In idea hominis comprehensio sunt omnes ejus notae: vitae, sensus rationis. Extensio vero sunt omnia individua humana. In idea animalis comprehensio complectitur tantum vitam et sensum ideoque est minor ac in idea hominis sed extensio ejus est major nam comprehendit omnia animalia et in his etiam hominem.

++) Quod jam ex exemplis adductis oppido patet.
Sed cum determinatio magis magisque intensa fit per proprietates, quae idealiter producunt notas hinc alia lex: (vide in pag. dextra.)

Ita ut res indeterminata (existentia) sit indefinite extensa in sua idea.

§ 80.

+++) Philosophia ex principiis revelationis divinae non procedit directe licet ea supponens et ex cogitans optime sibi consulat. Inde est, quod nos hic ad ~~imaginem~~ marginem citata dictam ponamus illud divinum oraculum, quod nobis patefacit Deum „Omnia in mensura et numero et pondere disposuisse„ Sap: XI. 21. Ex quo liquet certissime, non aliam esse rationem in processu determinationum omnium rerum nisi hanc per mensuram primum, per numerum deinde, et tandem per pondus.

2) Materia in genere (i.e. universim) respondet in revelatione momento mensurae.

Sed tria momenta ipsius materiae respondent rursum mensurae numero et ponderi, ita ut fiant 1° mensura mensurae, 2° numerus mensurae 3° pondus mensurae. — Spatium igitur proprie dictum seu quantitas, respondet mensurae mensurae.

titatem. Hoc respondet in prima Idea momento Entis. ++

Secundo: Relatio unius puncti ad aliud et physice molleculae positivae et molleculae negativae: Hoc momentum abstracte est motus, physice est Virtus sive Qualitas, quae varios modos habere potest, et constituit tot genera qualitatum. In prima Idea, hoc est momentum proprietatis. +

Tertio id quod ex huj. m. relatione constituitur veluti Synthesis utriusque prioris. Hoc momentum abstracte est Figura, quae constat ex spatio et diversa in ipsa relatione punctorum ad invicem, physice autem est Corpus, quod constat ex quantitate et qualitate molleculorum. In prima idea hoc est momentum existentiae. +

Quare sicut in prima Idea sub forma existentiae cogitamus Ens, ita in hac prima Idea secunda sub Forma Figurae cogitamus Spatium, et sub forma Corporis cogitamus Materiam prout hanc ideam sive abstracte sive physice sumere placet.

§. 81.

Secunda determinatio existentiae est Vita, cujus forma generalissima est tempus. Ejus momenta sunt:

1, Unitas et physice Semen, quae necessario ita cogitantur, ut habeant virtutem se multiplicandi sive crescendi i.e. esse unum post aliud; et haec cogitatio si abstracte sumatur, constituit numerum in potentia si autem physice * constituit quantitatem

---

+ In revelatione est numerus mensurae. Scilicet aliud est aliud (quod erat in primo momento) non faciunt numerum (duo) nisi in revelatione ad se invicem. —

++ In revelatione hoc est momentum ponderis et quidem ponderis mensurae. Nam ponderis proprium est ex utraque parte aeque consistere et ex utroque facere unum.

= In philosophia negativa κατ᾽ ἐξοχήν (Hegelii) est hic inverso ordine procedur. primum ponitur qualitas (quae est Esse Existere et propter se Esse, Sein Dasein, und für sich sein): secundo ponitur quantitas (quae est pura quantitas, quantum extensivum, quantum intensivum sive gradus) et postremo ponitur mensura, quae dicitur qualitativum quantum. — Ex hoc deinde oritur substantia (Wesen) etc. —
Quantum erronea haec philosophandi ratio respondeat erroneae qualitati ipsius principii, planum est colligere ex ipsa rei inspectione sive ut ita dicam mensura.
Hic porro operae pretium esse duximus mentem revocare principium S. Thomae primum objectum nostri intellectus esse quidditatem rei, quod ipsum de materia intellexisse nullo unquam puncto est dubitandum. —
Et in hoc per ipsam expositionem nostram cum ipso nos convenire gaudemus; excepto quod nos in antecessu posuerimus primam ideam in quam ipse non inquisivit, cum ratio philosophandi tunc temporis id non postularet. —
Haec sunt verba S. Thomae: Potentia cognoscitiva proportionatur cognoscibili: Unde intellectus Angeli qui est totaliter a corpore separatus, objectum proprium est substantia intelligibilis a corpore separata. et per huj. m. intelligibile materialia cognoscit.
Intellectus autem humani, qui est conjunctus corpori proprium objectum est quidditas sive natura in materia corporali existens, et per h. m. naturas visibilium rerum etiam in invisibilium rerum aliqualem cognitionem ascendit. — ++ De ratione autem hujus naturae (quidditatis) est, quod in aliquo individuo existat, quod non est absque materia corporali... Particulare autem apprehendimus per sensum et imaginationem: et ideo necesse est... quod convertat se (intellectus) ad phantasmata, ut speculetur naturam universalem in particulari existentem. ++ Hoc cum nostra sententia congruit optime modo dicamus ascendere in ultimas ideas invisibilium non tamen ad primam illam, quae debet omnino supponi ut ipsa ascensio sit possibilis. —

et qualitatem organicam sed virtualem tantum, quae habeat vim non solum se explicandi, sed etiam conjungendi sibi materiam cum ejus quantitate et qualitate; sc: est corpus organicum et materiale virtualiter.)
Hoc est momentum Entis. =

2°. Explicatio sive evolutio huj: modi primi numeri per successivas unitates in numerum ultimum, et huj: m. seminis per successivos actus in actum ultimum.
Hoc est momentum Proprietatis sive causalitatis. +

3.°) Ultimus actus, qui ex huj: m. explicatione exsurgit. Hoc momentum abstracte est numerus aliquis determinatus physice vero est corpus organicum (immateriale — simul) et materiale, quod constat ex quantitate et qualitate organica, quae sibi assimilabit quantitatem et qualitatem materialem, et ex virtuali in actualem deducta est. In prima idea hoc est momentum Existentiae. ○

§. 82.

Haec determinatio vitae multipliciter considerari potest. Consistit namque in hac sola proprietate ut sit Ens, quod successive perveniat in suam formam. Jam vero in suam formam successive pervenire possunt Entia non uno sed plurimis modis. Porro, si modi isti ad sua genera reducantur, tres erunt

Idea spatii indefiniti etiam per figuram cogitamus quatenus negamus omnem figuram et materiam primam informem etiam per corpus cogitamus in quantum abstrahimus a corpore sicut Ens ab existentia. — et sicut Ens fit tum nihil absolutum ita materia prima est nihilum physicum, relativum. —

§ 87.

= Id est quod in materia est ultimum id in vivente est primum. at non eodem modo: nam in materia sistit in illo momento materiali in vivente evolvitur in ulteriorem formam quae est immaterialis. —

+ Hoc momentum proprie respondet ideae numeri, qui nihil est aliud nisi successio. Itaque spatium respondet in materia primo ejus momento, tempus respondet in vita secundo ejus momento (pondus in anima respondet tertio ejus momento). —

○ Primum momentum est mensura numeri secundum momentum numerus numeri, tertium momentum pondus numeri.

* (melius) est ens organicum proindeque immateriale, cum sua quantitate et qualitate virtuali, impositum materiae, et quod vim habet in ipsa et cum ipsa se explicandi in suam formam —

polissimi: sc: vel Entium vegetabilium, vel animalium, vel spiritualium.

§83.

<u>Vegetabile</u> est Ens vivens, cujus proxima determinatio haec est, ut forma ejus talis sit, cujus pars quaelibet integra, sive articulus, rursum in se totum Ens contineat virtualiter et, in opportunis conditionibus collocatus etiam actualiter totum Ens producat. Scilicet vegetabile est tale Ens vivens, quod sibimetipsi juxta ponitur in spatio, et non habet Unitatem nisi actualem et exteriorem in forma, interius autem et virtualiter est multiplex. +
Corpus vegetabile differt ergo a corpore materiali:

1. Quod habeat unitatem formae ab intrinseco principio profectam.
2. quod in hanc formam successive perveniat.
3. quod seipsum reproducat. —

Potest autem breviter definiri: <u>Ens vivens per spatium aliquod diffusum.</u> ×

§84.

<u>Animal</u> est Ens vivens cum hac proxima determinatione, ut forma ejus sit integra, neque per partes reproduci possit, sed omnes partes necessario concurrant ad Unum totale constituendum. Scil: Animal est Ens vivens, cujus for-

§83.

+ In hoc etiam distinguitur a materia pura.
Nam haec et interius et exterius est multiplex et non nisi in chrystallis ad aliquam unitatem exteriorem pervenit quae est transitus in regnum vegetabilium. Sed tunc etiam differt natura hujus unitatis nam unitas omnino est exterior neque procedit ab aliquo principio intrinseco quod sit Ens, ut in Vegetabili. —
— Reproductio per semina non differt essentialiter ab illa quae fit per articulos. Semen enim nihil aliud est in vegetabili, nisi articulus involutus et necessariis tegumentis circumdatus ne pereat sed expectare possit opportunam occasionem et necessarias conditiones in quibus tandem evolvatur. —

× Cum dicimus <u>Ens vivens</u> damus ipsi illas 3 priores conditiones quae distinguunt a materia. Cum dicimus <u>per spatium diffusum</u> indicamus id quod habet similis cum materia et quod ipsum ab aliis viventibus distinguit, quae non sunt in spatio sed in unitate (numero) per tempus decurrente. —

ma ne virtualiter quidem plura Entia continet, sed est omnino integra et una ita ut nonnisi uni Enti aptari possit. Hoc Ens proinde et actualiter exteriusque in forma, et virtualiter ad interius in seipso unum omnino est.

Haec Unitas Entis in animali in causa est cur

1, unum semper ac secum identicum animal permaneat
2, cur sentiat
3. Cur se moveat. F

Quae profecto ea etiam sunt, in quibus animal differt a vegetabili. Nam in hoc differt ab eo:

1, Quod habeat unam integram formam, quae perfecte aequat Ens.
2, Quod in hac identitate formae cum Ente se sentiat unum quod eandem ob causam possit se movere. Ex quo sequitur nec reproducere se posse per partes, sed integraliter per modum unius, sc: per semina tantum.

§. 85.

Ex quibus sequitur in materia unam rem esse considerandam, sc: eandem ipsam in ejus tribus momentis.

In vegetabili duo consideranda esse nempe:

F)

§. 85.

Quod identicum permaneat certe in ipsa unitate ratio posita est. Cur autem sentiat facile intelligetur ex eo, quod forma tota sit in Ente et Ens in forma. nam forma est integra et una ideoque perfecte explet Ens et aequatur cum ipso. Inde est quod omnis permutatio (modificatio) in forma pertingit ad Ens ipsum et hoc constituit sensum. — Quod vero animal se moveat non solum ex eo procedit quod ejus organismus sit ita dispositus — haec est nonnisi conditio —; sed ex eo quod se sentiat unum, proindeque sentiat se existere, in quo sensu propriae existentiae est sensus potestatis et dominii suorum motuum ad extra et hoc est principium et ratio motus. —

1, Materiam ut supra.

2°, Ens vivens (Organicum et immateriale), quod ipsi conjungitur, cujus rursum momenta sunt:

a, Ens virtuale

b, ejusdem explicatio successiva in formam

c, tandem forma.

In animali autem consideranda esse tria omnino:

1° Materia

2°, Ens vivens ut supra,

3°, Unitas formae cum Ente et Entis cum Forma, quae unitas ultima proprie constituit animam. Ejus momenta sunt:

α Sensus existentiae

β Sensus perceptionis et reactionis proindeque activitatis et mobilitatis,

γ, Ipsa actio et motus;

Quae tria momenta animae respondent Enti, proprietati suae causalitati et formae et proprie constituunt Ideam Animae in Genere, atque animalis.

§. 85.

In hoc differt Ens vivens cum sumitur de animali ab eodem quando sumitur de vegetabili, quod in vegetabili Ens vivens in sua explicatione consideratur per additionem ita ut addat Ens ad Ens ut se multiplicet et hoc modo fit multiplex Ens et ejus forma nunquam poterit ipsum adaequare, nam forma est una adhuc cum Ens jam fit multiplex virtualiter factum. In animali e contra cum forma crescit Ens non multiplicatur, sed unum permanet ita ut forma perfecta eadem expleat Ens ut dictum est.

§. 86.

Proindeque dici potest Materia omnino multiplex, i.e. neque una in Ente suo, neque una in forma,

§. 86.

Multiplex in Ente: nam licet supponatur unum Ens primordialiter sed cum agitur de explicatione in formam id non facit nisi per multiplicationem sui Entis; sicut materia non coalescit in aliquod determinatum corpus ex moleculis primis nisi per multiplicationem earum.

Vegetabile multiplex in Ente suo, sed
unum in Forma, adeoque est velu-
ti unitas objectiva Materiae. P
Animal vero dici debet et Unum
in forma et unum in Ente suo,
adeoque est unitas Materiae non
solum objectiva sed etiam subjecti-
va.

Hac ratione animal dici potest Syn-
thesis quaedam materiae et vitae in
qua materia se sentit viventem, et
vivens se sentit materiam. F

§. 87.

Relate ad spatium et tempus materia est
omnino in spatio.
Vegetabile est in spatio et in tempore.
Animal si in anima sua consideretur
est omnino in tempore.

§. 88.

Post materiam, et ejus determinationes in
corpore, in vegetabili et in animali, venit
ulterior determinatio existentiae, et haec
est Ratio.
Ratio differt a materia, in eo praesertim,
quod semel ad suam existentiam adepta
est, neque in spatio, neque in tempore
existat.
Rationis generalissima forma est Ver-
bum sive Sermo. Haec deinde a-
lias patitur determinationes.

§. 89.

Prima determinatio proxima Rationis
est hoc ipsum verbum, sive idea, non
in aliquo subjecto considerata, sed
tantum in forma sua exteriori, i.e. in
sermone, exterius articulato.

Unitas objectiva i.e. materiam pervenisse
ad aliquam unitatem in sua forma
sed in forma tantum ante se, non
in se.
In vegetabili dicendum est, vitam admisisse
materiam in consortium sui ex parte
formae tantum non admisisse autem
ad consortium Entis. In animali vitam
admisisse materiam ad consortium et
formae et Entis sui, ita ut tota vita
communicata sit materiae.
Ens determinatur in forma sua. Forma
vegetabilis ita est determinata ut pos-
sit aptari Enti multiplici – cum vita
autem in unitate consistat hic forma
huj. m. Enti non dabat vitam veram
sed quasi vitam. E contra in animali.

F §. 86

(~~Hac ratione~~) Non quasi ipsa materia
transiret in vitam sed vita commu-
nicata est materiae i.e. Ens vivens
conjunctum cum materia.
Hac ratione intelligendum est, materi-
am adeptam esse unitatem in animali.
Non quod ipsa materia aliquid unum
effecta sit, sed quod habeat aliquid
unum (Ens vivens) cui inhaereat.

§. 87.

In materia nulla fit mutatio essentialis eti-
am – si fiant diversae commixtiones inter
plura corpora, moleculae uniuscujusque
integrae permanent et rursum separari
possunt et in pristinum statum restitui.
Nulla ergo essentialis mutatio. Porro
in mutatione est ratio successiones ac
proinde temporis. Tempus ergo non
cadit in materiam.
Vegetabile quod ad Ens ejus pertinet non
est in spatio nam in Ente ejus nulla fit
mutatio proindeque nulla successio.
Potest esse destructio sed hoc constituit
rationem vitae et in hoc distinguitur
vegetabile a materia proprie dicta
quae destrui non potest. Sed destructio
quamvis succedat post existentiam non
constituit rationem successionis (immo
eam destruit) proindeque neque rationem
temporis. – Vegetabile ergo quoad Ens
suum non est in tempore. Ratio in-
trinseca, cur in Ente vegetabili nulla
sit mutatio, in Ente est quod ejus Ens
non est unum proindeque non potest sen-
tire (: i.e. mutationes formae in se
percipere), et in sensu sola constituitur
mutatio quam Ens aliquod in Ente suo
pati potest. – Sed vegetabile patitur mu-
tationem proindeque successionem in forma
sua, atque ex hac parte invenitur in
tempore. Vegetabile ergo est et in spatio

i.

(quoad Ens suum) et in tempore (quoad formam.)

Ob easdem rationes animal si anima ejus tantum consideratur dici debet omnino in tempore nam omnino unitas est. unitas autem non potest esse in spatio cujus natura est ut sint duo i.e. ut sit unum juxta aliud. — Spatium igitur relate ad animam erit tantum aliquid extrinsecum quod illus nonnisi imaginarie in anima repeti poterit. Erit autem animal omnino in tempore, nam mutationes formae fiunt in ejus Ente sensationes quae post se succedunt proindeque constituunt animam omnino sub lege temporis. —

§88.

Verum quidem est Ente alicui rationem communicari posse successive nempe sub ratione temporis. Sed hoc maxime intelligitur de Entibus rationalibus cum materia conjunctis quemadmodum nos homines invenimur. Caeterum in his etiam Entibus semel ac ratio ipsis est communicata, jam aliquo modo extra tempus constituitur. Nam termini qui prius successive considerati fuerunt possunt simul apprehendi, immo etiam ordine inverso sine ulla in ipsis mutatione et ita sine ulla mutatione semper manent quod proprie constituit exemptionem a lege temporis.
Ad summum tum in ideis invenitur tempus rationale i.e. successive logica. Haec certe invenitur sed hoc non est tempus.
Id autem quod diximus "semel ac suam existentiam adepta est (ratio)" — non eo sensu diximus quasi vero ex se ipsa vel ex aliquo fonte indeterminato esse vel minus ex materia ratio essurgeret, — sed hoc sensu scil. rationem Entibus communicari —) hanc communicatam rationem esse prius objectum nostrae ideae quam ad primitivam non communicatam, divinam assurgamus. Nihil ergo heic loci de divina adhuc loquemur, quae erit ultimum objectum nostrae contemplationis de communicata, scil. de humana loquimur et eam sumimus in eo statu ubi jam in actu existit. —

§89.

Haec est natura ac determinatio sermonis. Ex his oppido patet, nulla ratione homines potuisse sermonem excogitare atque eodem immo potiori jure sermonem ac materiam ex nihilo creandum esse debere.
Ex iis quae jam saepius dicta sunt, plane intelligitur, — cum non hic de sermone loquimur in quantum excogitari non potuit — loqui nos de ejus fundamento i.e. de prima idea de qua nuper tractabamus. Haec est

Ratio in hac determinatione est veluti materia rationalis, quae postea a multis Entibus rationalibus assimilari potest. Ideae sunt veluti rationales molleculae et se invisibiles; sermo autem est veluti corpus, in quo ideae visibiles efficiuntur. Haec tandem omnia, quum quidem ideae et voces earum ponuntur, ut ita dicam, in aliquo spatio logico.

§90.

Secunda determinatio proxima rationis est <u>intellectus</u>.
Intellectus hic cogitatur adhuc sine conscientia sui, separate et in se tantum.
Ista determinatus intellectus est Ens vivens, quod additur Sermoni, vel cui Sermo communicatur, est subjectum rationale, quod apprehendit Rationem sub forma Sermonis, et cui ratio ita inhaeret.
In Intellectu porro cum conscientia sui nondum ibi adsit, omnis idea est veluti Ens in se, proindeque intellectus intrinsecus est multiplex, et alia in ipso unitas non datur nisi extrinseca, sc. unitas ipsius sermonis.
Proindeque intellectus est veluti arbor rationalis, et multiplex et una, et in tempore et in spatio logico.

§91.

Tertia determinatio proxima rationis est <u>Spiritus</u>.
Spiritus est intellectus non jam in se consideratus et separate, sed cum conscientia sui, i.e. inhaerens alicui Enti viventi et ipsi insidens tanquam forma, ita ut intellectus sciat se esse talis Entis,

et Ens verissime sciat suum Esse hunc intellectum.

Haec est ergo differentia inter intellectum et spiritum, quod intellectus sit quidem in Ente vivente sed objective tantum; spiritus autem sit intellectus vivens et objective et subjective.

Intellectus simpliciter est scientia vivens de rebus, spiritus est scientia vivens seu potius Ens sciens et de rebus et de se ipso. Illa omnino simplex haec autem reflexa. †

In Spiritu non solum forma est una, sed et Ens est unum. Est igitur Unitas et extrinseca et intrinseca.

Ideoque Spiritus invenitur tantum in tempore logico. Est autem omnino expers et spatii et temporis materialis.

§ 92.

Spiritus considerari potest tanquam Synthesis rationis et vitae.

Ejus momenta sunt:

1° **Ens**: i.e. non jam quod sit et sentiat se esse (uti animal) sed quod sit et sciat se esse et scire et velle. (Haec est simplex conscientia sui, i.e. de se tanquam de re aliqua, nimirum subjective objectiva (i.e. ratio de illo Ego primo).)

2° **Proprium**: i.e. quod non solum habeat propriam sibi aliquam ultimam formam, ad quam debeat pervenire, sed quod sciat habere eam sibi propriam,* sciatque ad eam debere pervenire et tandem velit pervenire.++

3° **Forma**, i.e. quod non solum cupiat et agat ut ad suam formam perveniat (ut existat scienti est), sed quod sciat se cupere et agere (haec est voluntas et libertas) ut ita sciens et volens, et libere agens

invisibiles: omnia ejus momenta quae rursum ideae sunt, etiam sunt invisibiles perinde ac ipsa; haec sine sermone videri et excogitari non possunt. Et plane quomodo videri poterunt si sine forma sua sunt, et nihil videri potest nisi in sua forma, et per suam formam? — Forma autem earum sermo est, qualiscunque tandem sed certe sermo. Ergo sine sermone videri nullo pacto possunt. — Ergo sine sermone non possunt ideae neque possideri neque haberi. quod si sine sermone non habeantur ideae, quomodo deinde sine ideis sermo excogitabitur? — Ergo ut sermo excogitetur necessarius est sermo. seu quod idem est, sermo nulla ratione excogitari potest a mente humana.

Et licet haec de prima idea dicamus, tamen cum omnes reliquae ideae non sint nisi applicatio successiva primae ideae et sine prima existere non possunt profecto nec reliquus sermo sine primordiis illis excogitari potest, ita ut absolute affirmari possit et debeat, nullum partem sermonis hominem ex se excogitare posse. Id tamen non impedit quominus datis principiis, quemadmodum post primam ideam ceteras sibi ipsi format homo ita et ceteras voces post primum verbum.

§ 90.

I Hic multa sunt notanda: — Primo an hujusm. status qui logice certe considerari potest et debet detur etiam et realiter nempe an sit sint Entia, quae in hoc momento rationis existentiam suam terminant (veluti vegetabilia in simili momento materiae)? Mihi non absurdum videtur hujusm. Entia admittere immo ex analogia philosophica satis consentaneum. — Sed non possint conjungi materiae i.e. in mundum nobis visibilem transferri sed inter pure rationabilia Entia collocari debeant, — hinc ex experientia nosse non possumus an eadem existant. Jam vero nec satis aperte scimus hanc rem ex revelatione. Attamen cum nobis in scriptura innuantur et arbor scientiae et animalia (fortasse spiritualia) quae loquuntur et formae bovis, aquilae etc. in spiritualibus omnino, quae postrema hic ad rem facere mihi maxime persuadeo, hinc forte non erit paradoxum asserere satis nobis constare ex revelatione existere Entia, spiritualia ubique quae solum intellectum habeant. i.e. rationem in statu objectivo quin perveniret in ipsis ad statum subjectivum i.e. ad conscientiam sui.

II Notandum quod prius in nimius sermonem successive in intellectum transire, sed Entibus spiritualibus nam successionem esse tantum logicam proindeque et tempus logicum tantum.

III Spatium logicum de quo sermo hic est in eo consistere quod in intellectu etiam quemadmodum in sermone ideae sint aliae juxta aliam, cum nondum pervenerit in unitatem conscientiae proindeque sunt in spatio logico.

IV not: ut revertamur unde digressimus, etiam inter nos homines ex parte aliqua inveniri h.m. intellectus ut dicam objectivos. Hoc enim accidit in primis annis infantiae ut parvuli qui loqui incipiant prius ideas de aliis rebus habeant, quam de se ipsis, et ad conscientiam sui nonnisi sero satis perveniunt. Si itaque supponeretur parvulos h.m. semper in hoc statu permansuros haberemus quod quaerimus. Quis autem negabit rite haec supponi posse? Nam certe non repugnat.

V Addendum est hisce omnibus, aliquem esse rationis nostrae statum, in quo a conscientia sui, quae in nobis est, abstrahimus veluti de tertia persona et tum ratio nostra invenitur in hoc statu de quo hic sermo est.

§ 91.

Immo ita duplex ut sit dupliciter duplex. Nimirum I. Est conscientia de rebus, II de se ipso. — Sed cum est de rebus est et de rebus et de se ipso (tamquam de aliqua re sed sua etiam) cum est de se ipso est de se ipso primum tamquam sua tum de rebus, tamquam non suis. Haec maximi sunt momenti, nam e diametro opponuntur Hegelio.

Animadvertendum in animali forma materialis est una et idem et Ens ita quoque in ratione invenitur unitas inter formam rationalem et Ens ipsum quae quidem unitas. —

Omnes ideae quae considerantur in spiritu in hac unitate formae rationalis cum Ente sunt tantum successivae sumendae logice sed non materialiter, nam licet ideae sunt diversae affectiones et status nostrae rationis nihilo secius omnes hae affectiones in statu logico solummodo sumendae sunt, et non existunt quasi una juxta aliam ratione materiali sed logice omnino. —

§ 92.

Quod sciat se esse et scire et velle, hoc jam est forma; sed haec ipsa forma consideratur in spiritu ut — Ens ut Ego virtuale. — Hoc esse et scire et velle esse unumquodque in suo genere indeterminatum. — Postea per proprietates determinabitur. —

\+ Haec scientia non est ex Ente ipso illo priori. Nam erat in genere suo indeterminatum; haec autem scientia propria alicujus formae jam determinatio est; determinatio autem non potest oriri in formam suam, tandem Ens pervenit.

Quum autem in eandem pervenerit tunc erit ac quasi inter Ens sciens et volens, et formam scitam et volitam: ita ut tale Ens sit totum et perfecte in sua forma et haec itidem in ipso.

Hic est spiritus perfectus.

§ 93.

Ultima tandem in secundis ideis est Idea hominis.

Ejus determinatio fit per omnes alias determinationes quas hucusque vidimus, cum autem ex omnibus fiat, et ita fiat, ut fit una, eo ipso est ultima in hoc genere, quae a nobis cogitari potest.

Homo proprie considerari debet tamquam synthesis ex ultima synthesi materiae quae est animal, et ultima synthesis rationis, quae est spiritus, quae duo conjunguntur in uno et communi Ente vivente quod vocari potest anima rationalis.

Itaque homo est Ens vivens, quod est simul et animal et spiritus.

§ 94.

Omnes ideae secundae uno intuitu in hac tabella exhiberi possunt:

Existentia

Spatium materiale

Materia

molecula — vires

Corpus

sensus objectivus

Vita

conscientia objectiva

Ratio

ideae — affirmatio

~~Sermo~~

verbum

Spatium logicum

(sermo)

Vegetabile

sensus subjectivus ex objectivo

omnis conscientia

consc: subject: ex objectivo

Intellectus

Tempus materiale

Tempus logicum

(cogitatio)

Animal

omnis sensus

Spiritus

Homo

Formes ita ad hoc genus Ens (vita) sit summum genus differentiarum. —

Notandum hanc tabellam in eo maxime differre a tabella Porphyrii quod sub existentia quae sumitur ut genus summum haec nostra tabella constituit alia tria genera humana, quasi collateralia, quorum nullum in alio continetur. Horum generum summorum duo sunt determinanda (materia et ratio) tertium est determinans (vita). ex illis fiunt ulteriora genera et species ex hoc (ex vita) enascuntur differentiae

C.

De ultima Idea.

§ 95.

Diximus (§ 67. 68. 69.) primam ideam in sua integritate esse necessariam et de necessario, in sua divisione autem esse quidem necessariam sed non de necessario. et tunc si idealiter recogitetur esse ideam de possibili si ~~realiter~~ [recogitetur] esse ideam de contingenti. Γ

Certe quod prima existentia, ~~quam~~ [Idea eam] homo sciat, necessario pertineat ad Ens primum, hujusmodi cogitatio ipsa est lex mentis nostrae, et tam imperativa ut statim ac enuntietur etiam admittatur necesse est. F

Si autem existentia necessario pertineat ad primum Ens, ~~est natura sua~~ procul dubio primum Ens est natura sua necessarium. Et haec est prima determinatio primi Entis, quam invenimus.

Verum ulterioribus determinationibus locus tunc esse non poterat: nam diversa genera determinationum nos non cognoscimus nisi in ideis secundis, et nisi his cognitis non possumus Ens primum convenienter determinare.

Ita fit, ut Idea, quae in cognitione nostra est prima, in determinatione est ultima. Et de hac modo agimus. ρ

§ 96.

Haec ultima Idea nostra est Idea DEI.

Ejus prima determinatio, uti vidimus, est necessitas existendi, sive existentia absoluta.

Sed haec ipsa necessitas existendi et existentiae absoluta non potest a nobis rite intelligi, nisi intellecta prius existen-

ex indeterminato. Est ergo inditum ab extra quoad actum; nam quoad potentiam est intrinsecum

†† Hoc momentum est principium nostrae vitae et libertatis, quod constituit hominem dominum actuum suorum. Est conscientia sui mere subiectiva, inquantum dat virtutem agendi.

§ 95.

Γ Haec confer cum iis quae suo loco diximus. Hic autem addimus: etiam ideam de possibili et de contingenti si tanquam idea spectatur, esse necessariam, nam in Deo omnes ideae sunt necessariae; non esse tamen de necessario: nam forma h. m. (quae constituit ideam) potest separate considerari ab Ente et Ens ipsi nunquam superaddi; ergo non est de necessario. In hoc est natura non necessarii quod Ens, quod alicui formae respondet potest ei communicari vel non communicari; nimirum separatio formae ab Ente et vicissim. —

F Ad haec sufficit ut quis cogitet primam existentiam non posse esse possibilem tantum possibile est, id quod est sine Ente i.e. quod non existit; ergo si existentia esset possibilis non existeret. Non esset existentia. Atqui existentia non potest esse non existentia. Ergo non potest esse possibilis. Debet ergo esse conjuncta cum Ente.

2º Haec conjunctio non potest esse separabilis sed debet esse necessaria, i.e. prima existentia non potest esse existentia contingens. Nam existentia contingens est ea quae ex se est separabilis et quae ab aliqua causa conjungitur. — Ergo ante existentiam contingentem debet esse alia existentia nimirum ea causa quae conjungit. Ergo existentia contingens non potest esse prima existentia. proindeque prima existentia non potest esse contingens. Ergo necessaria.

Paucis ~~[illegible]~~ Non potest esse possibilis; non potest esse contingens; ergo necessaria.

ρ H. m. nostra observatio concordiam maximam inducit inter diversas immo et oppositas specie tenus sententias, et concordiam non fucatam sed veram et solidam.

§. 96.

Cum autem dicimus in Deo neque idealiter posse formam separari ab Ente, hoc sensu intelligimus quod formae in Deo non potest tribui non solum [realis] existentia separata sed neque idealis separata i.e. non potest cogitari ut possibilis sit: sola ejus forma sine Ente, sed debet idealiter etiam cogitari tanquam unita cum Ente, et in hoc consistit necessitas existendi.

Ens spiritus contingentis est separabile ab Ente, quia hoc Ens est apud Deum et tandem tribuitur formae sed non viceversa. Itemque Ens potest separari a materia sed non materia ab Ente. In Deo Ens semper existit cum

sua forma neque unquam potest Ens cogita-
ri sine forma cum h. m. Ens semper in
actu necessario esse debet. Hoc pertinet
ad denuum ad argumentum in §.96. datum
ut nimirum demonstretur existentiam
absolutam illam provenire in qua
neutrum in se separari potest.

§.97.

F Nam si aliter esset, esset momentum
in quo Ens sine forma esse posset. —
Jamvero tum esset Ens possibile vel
contingens non necessarium. —
Hic quoque potest contrarium statui
in contingentibus. In his enim secunda
determinatio est proprium sed idem est
secunda ut transitus aliquis sit ex po-
tentia in actum, in existentiam.
Idem quoque valet ad ejus ultimam de-
terminationem. In contingentibus
enim fit successiva explicatio et evolu-
tio in perfectam et propriam formam
donec nimirum fiat aequatio inter
Ens et formam. In Deo autem
nulla est successio explicationis for-
mae quia forma non habet exordium
vel principium aliquod unde per gra-
dus ad ejus plenam explicationem per-
venit. Hoc ipso autem quod forma
Dei non habet initium sed simulta-
nea existit cum Ente idea quoque ab-
soluta est et aeterna in perfecta forma.
(S. Augustinus contra Manichaeos sta-
tuit deinde omnes paganos Deum
esse Ideam puram. St. Thomas
deinde illum statuit actum purum
quae quidem sententia basis est omnis
doctrinae; nos ratione ho-
rum dicimus Deum esse spiritum purum.

§.99.

tia possibili et existentia contingenti.
Nunc igitur quia possibilis et contingens exi-
stentia ea est, in qua Ens potest, sive rea-
liter, sive idealiter, separari formae, hinc
necessaria et absoluta ea est, in qua Ens
a forma neque idealiter neque realiter
separari potest. 2
Et haec est prima determinatio ipsius
existentiae DEI.
Scilicet Ens ipsum in DEO non est
potentia sed actus.

§.97.

Ulterior determinatio Ideae DEI,
et quae ex illa priori consequitur, haec
est: quod Ens divinum in suam for-
mam non explicetur successive, sed
eodem actu, quo ipsum est, et forma
ejus est. F
Scilicet momentum proprii in Deo
sive actualitas, non est transitus ex
potentia in actum, sed est idem a-
ctus sicut et Ens.

§.98.

Ulterior rursum determinatio ideae
DEI est quod forma Dei sit actus
non ultimus sed primus et unicus.
Scilicet in Deo et Ens, et virtus sive
proprietas, et forma, sunt unus
idemque actus.

§.99.

Actus in Deo est id quod in contin-
genti est vita. Quod autem in contin-
genti est ratio, id in Deo est Idea,
sive ejus verbum.
Haec determinatio DEI in eo differt
a simili determinatione in contingenti,
quod in contingenti ratio sit prius
externa, deinde interna, prius aliena

deinde sibi communicata, et sic propria, prius in potentia, deinde in actu; in Deo autem etiam ratio seu potius idea est actus purus ipsi proprius, internus, independens, et ita realis, quemadmodum existentia ipsa.
In hac determinatione Deus vocari potest idea pura seu absoluta.

§ 100.

Itaque quod in contingente seu possibili est materia, vita et ratio, id in Deo est existentia absoluta seu potius Spiritus absolutus, actus absolutus et idea absoluta.

§ 101.

Spiritus absolutus Dei si determinetur per actum absolutum dat immensitatem et aeternitatem, quae sunt id, quod spatium et tempus in materia, si autem idea determinetur per eundem actum, dat scientiam et sapientiam, quae sunt id, quod intellectus et spiritus rationalis in ratione.

§. 102.

Ultima determinatio DEI quae in eo consisteret, ut id, quod dicimus in eo existentiam sive Spiritum absolutum et id quod dicimus ideam absolutam in unum conjungerentur, et sic fieret ultima Synthesis Divina, haec inquam determinatio melius exponetur a nobis in Theodicea, utpote quae jam ad mysterium S. S. Trinitatis spectat, quamque ratio humana nisi vestigia revelationis legens,

et id etiam laboriose omnino, recogitare non potest.

§. 103.

Potest tamen et haec, licet non integra determinatio ideae DEI, quam hucusque exposuimus, aliqua tabella repraesentari, quae haec esto:

Existentia necessaria

Absolutum

Ens in actu. Vita in actu. Ratio in actu.

Spiritus absolutus. Actus absolutus. Idea absoluta

Immensitas — Scientia

Aeternitas — Sapientia

D. Summa Idearum.

§ 104.

Series idearum earumque quasi locus et natura, si una simul omnes considerentur, jam nunc exhibenda est. Porro ideae ita simul sumptae possunt considerari vel 1º in se, vel 2º aliae cum aliis collocatae, vel 3º in nobis.

§ 105.

Ideae in se consideratae ita se habent.

1º Idea prima, quae est etiam simplex, est Existentia.*

2º Ideae summorum generum, quae sunt materia et ratio. Haec

:

* Simplex est nam unam notam habet, unam proprietatem sc. existentiae, licet in suis momentis etiam haec idea simplex non sit, sed triplex.

sunt genera determinanda.

3° Idea summi generis differentialis quod est vita. Hoc est genus determinans.

4° Idea generis, proindeque generum magis magisque proximorum.

5° Idea differentiae item magis magisque proxime;

6° Idea speciei, quam scholae modernae prae caeteris universalem dicunt, et etiam abstractam; F

7° Idea individui, quam vocant singularem; F

8° Idea ultima et vere singularis, quae est DEUS.

F Etiam ideam generis vocant universalem, sed genus est species respectu superioris generis. Species vero ultima non est genus. Ergo universalis idea est omnis species.

F Sed singularis non est, cum sint multa individua; est tantum individualis.

§ 106.

Prima idea simplex dicitur eo, quod non sit composita ex pluribus notis, sed unam tantum habeat notam (Existentiam). Id est: Idea simplex nullam habet comprehensionem.

Ultima idea singularis dicitur eo, quod nullam habeat extensionem, i.e. non contineat sub se plura individua, sed unicum.

§ 107.

Ideae simplici opponitur composita, quae scil: plures notas. At ideae singulari opponitur generica vel specifica, quae sc: plura individua in se amplectitur.

Hinc sequitur praeter primam et ultimam, alias ideas omnes

esse ex una parte compositas, ex alia vero genericas vel specificas. Omnes habent et suam comprehensionem et suam extensionem.

At prima idea, quae nullam habet comprehensionem, proindeque non est composita, tametsi maximam habeat extensionem tamen non recte dicitur generica, sed potius transcendit omne genus et vocatur transcendentalis.

Ita etiam ultima idea, quae nullam habet extensionem et est singularis, tametsi summam habeat comprehensionem, tamen non recte dicitur composita, sed potius vincit et absolvit omnem compositionem, et vocatur **absoluta**.

§ 108.

II.º Nunc si ideae secum

conferantur id fieri potest vel quoad comprehensionem vel quoad extensionem.

1.º Quoad comprehensionem ideae secum collatae sunt vel

a, identicae seu potius aequivalentes, nam vera identitas non datur nisi inter formam et Ens aut inter eandem ideam numerice multiplicatam. Aequivalentes porro sunt, quae diverso modo unum

ö Potest objici ideam individualem non habere extensionem. Hoc quidem verum est, at non eximitur ab extensione; nam licet ipsa idea individualis extensionem non habeat, tamen continetur in extensione sua ideae specificae; i.e. est una ex rebus (ideis) quae continentur in illa specie — proindeque pertinet ad extensionem. Potest dici habere extensionem non activam sed passivam —

x Inter formam et ens est quidem Identitas, si forma est perfecta — sed haec identitas non probatur per principium identitatis, nam tum deberet comparatio institui inter formam et ens, et haec comparatio institui non potest nam Ens non videtur sicut videtur forma. Probatur Ergo haec identitas per principium causalitatis — quia nimirum pertinet ad Ens, est producta ab ipso, est ejus forma est veluti ipsum Ens —

ideamque menti exhibent.

vel

6, oppositae sive contradictoriae sive contrariae; sed haec omnia spectant potius ad quaestionem de judicio.

2° Quod extensionem ideae omnes sunt sibi subordinatae, ita ut sint

1, Superiores ×
2, Inferiores, (generis proprioris vel speciei)
3, coordinatae (quae sibi a latere consistunt sub eadem genere superiori, ie:

× quae superius genus continent, i. e. majorem habent extensionem, plura individua in se continent quam ea quae inferius sequuntur

(Superior) Materia

(inferiores) corpus inorg. corpus organicum

(coordinatae)

§ 109.

III Tandem si ideas consideremus in nobis, i. e. gradum earum, ut ita dicam, in mente nostra, idea quaecumque erit

1° Clara, dum sufficienter aliquod objectum ab omnibus aliis discernitur. Huic opponitur obscura.

2° Distincta, quae non solum objectum ab aliis objectis, sed proprietates ejus aliae ab aliis per suas notas sufficienter distinguuntur.

Huic opponitur confusa, quae tamen potest esse clara

3° Completa, quae non aliquae sed omnes objecti proprietates sufficienter percipiuntur per suas cujusque notas. Huic

opponitur incompleta, quae nihilominus potest esse distincta.

4. Adaequata sive perfecta, quae non solum sufficienter sed modo perfecto vel etiam perfectissimo omnes apprehenduntur proprietates objecti per suas notas. Huic opponitur imperfecta sive inadaequata, quae tamen nihilominus potest esse completa.ˣ

§ 110.

Et haec quidem subjective in nobis. Objective autem in nobis ideae consideratae sunt vel abstractae vel concretae.

Abstracta idea est illa, in qua forma sola consideratur, abstractione facta ab Ente. Hinc abstracta est idea de possibili et omnis idea universalis, et etiam ex parte idea particularis.

Concreta idea est illa, in qua forma concrescit cum Ente, i.e. consideratur una cum ipso. Hinc concreta est idea individualis, et etiam ex parte particularis, quae non est nisi individualis non determinata.

ˣ Haec omnia pertinent ad ideas in nobis consideratas sed subiective — Nam etiam in nobis, i.e. in suo subiectivo statu, ideae possunt considerari vel subiective vel obiective. Possunt considerari subjective in nobis si considerantur modus quo nos afficiant, i.e. vel magis vel minus intensas gradus quo gaudent in conscientia nostra. Et de his hucusque. — Sed possunt considerari objective in nobis, et tunc est diversus status (non conscientiae nostrae sed) idearum ipsarum. Nunc igitur de ipso.

|*| non sequitur tamen, quod res divinae et intellectuales, quas solum per sermonem percipimus, non dent nobis nisi idealem cognitionem et non ontologicam. Nam esto per sermonem eas percipiamus, attamen habemus insuper aliquam perceptionem earum activitatis affirmationis etc. quae sunt id, quod sensationes et phantasmata in rebus sensibilibus. |

Caput IV.

De Forma ideatorum.

§ 111.

Forma ideae est vox, non quaelibet tamen, sed vox, quae sit sonus articulatus, et ut ita dicam organicus; i.e. constans ex certis articulis methodice conjunctis.

Ergo arbitraria i. e. ex voluntate pendens, – non caeca et naturalis, i. e. non gestus, non clamor etc. – Ex voluntate autem vel humana vel superiore. Patet autem esse et numerus.

§ 112.

Hanc formam ideae alii vocant ideae signum, eo quod per voces ideas cognoscamus, signum autem sit procul dubio id quo noto aliud cognoscimus.

Verum cum idea etiam exterius non patefacta, in ipsa mente nostra consistens, non possit separari a sua voce, imo per hanc ipsam cogitetur, profecto satius omnino erit vocem non signum ideae, sed formam ejus dicere.

§ 113.

Porro haec forma ideae non debet commisceri cum forma, quatenus est idea ipsa. Haec enim, ut jam innuimus, est forma ontologica i.e. forma Entis sive Rei, ideae est tantum logica i.e. forma ideae ipsius. /*/

§ 114.

An voces et generatim sermo sit ab hominibus conditus, vel quae ejus pars, necessario homini revelari debuerit quae vero ab ipso suppleri potuerit et perfici, id satis, quantum ad logicam pertinet, in dictis praeoccupavimus. reliqua ad psychologiam relinquimus.

§ 115.

Id solum heic loci notasse juvabit, vocem, quatenus ideam exprimit, vocari terminum, eo quod ideam veluti terminet et circumscribit.

§ 116.

Tot sunt optandi termini quot quantaeque ideae:
abstracti, concreti, generici, specifici, universales, particulares, individuales, et sic porro. Sed praeterea notentur sequentes:

Terminus univocus, cui semper unam eandemque ideam exprimit v. gr. homo, arbor.

Terminus aequivocus, qui aeque duabus vel pluribus ideis inservit v. gr. ardor, vel physicus in igne, vel vitalis in sensu, vel moralis et spiritualis in voluntate et anima.

§ 117.

Summa vocabulorum seu terminorum vocatur lingua seu Sermo.*

Ipse sermo suam habet formam, et haec est Scriptura.*

Scriptura est vel ideographica,

* Linguae potius pertinent ad peculiares notiones. Sermo communiter sumitur pro facultate et actione loquendi generis humani.

* Scriptura est sermo omnino materialis; est revera corpus sermonis, (Materia). – In voce est adhuc vita et potest considerari tanquam ens, id scriptura tantum forma.

quae singulis ideis singula adhibet signa; vel phonographica aut phonetica, quae unicuique sono suum signum apponit.

§ 118.

Cum autem plerumque fiat, quod vel nomen ipsum, utpote ignotum aut aequivocum, vel etiam res ipsa ex hoc suo nomine sive termino non satis clare innotescat, et necessitas oriatur clarius vel nominis vel rei exprimendae, id fieri consuevit ope definitionis.
Definitio itaque, quae juxta Tullium est oratio, quae quid sit id de quo agitur, ostendit quam brevissime, duplex est: alia nominis, alia rei.

§ 119.

Definitio[1] in[3] eo[4] solum[5] nominis[2] occupatur ut illud notum faciat et aequivocationem ab eo repellat.

§ 120.

Definitio rei longe majoris est momenti. Potest ipsa dici: expressio formae rei per tot terminos, quot sunt ejus proprietates essentiales.
Ex quo patet, non jam unicum terminum, ut in simplici expressione ideae, sed tot terminos in definitionem venire quot sunt proprietates essentiales, quae illam rem constituunt, et per ejus formam innotescunt, i.e. quot sunt notae

Distinguatur hujusmodi definitio vera seu essentialis a definitione descriptiva

ideae hujus rei.

§ 121.

Hinc lex definitionis haec esto: ut definitio exprimat totam formam definiti, sive ut in se contineat omnes ejus proprietates essentiales.

In hac regula continentur omnes veteres quatuor:

1° fiat per genus proximum et ultimam differentiam.

2° fiat nec angustior nec latior definito.

3° sit clarior definito;

4° Omni et soli conveniat definito.

§ 122.

Ex his patet simplicem terminum esse primam formam ideae, integram vero et adaequatam definitionem esse ejus ultimam formam. Inter haec duo extrema possunt diversi gradus inveniri quae minus majore aliquas proprietates rei describant. haec sunt descriptiones descriptivae, quarum in rhetorica frequens est usus. Hae possunt dici formae idearum intermediae seu

secundae.

§. 123.

Definitioni ex adverso respondet *divisio*.

Divisio est distributio in partes alicujus ideae, consideratae ut aliquod *totum*.

1° *Idea est totum metaphysicum*[1] si ejus comprehensio spectetur, et tunc dividitur in notas. v.g. animal in materiam, vitam organicam et animam sensibilem. Utrum sciat aspectu actu an in potentia, nam metaphysice semper idem

2° *Idea est totum genericum*[2], si spectetur extensio ejus et tunc dividitur in species. v.g. animal dividitur in rationale et irrationale.

3° *Idea est totum specificum*, si spectetur collectio individuorum ejus, et tunc dividitur in individua. v.g. animal in bipedia, quadrupedia, multipedia – – –

4° *Idea est totum individuale* si spectetur collectio aliquot membrorum in unitatem individuam, et tunc dividitur in membra et quidem v.g. Corpus in membra sua

a, *est totum physicum*, si physicum individuum, et tunc in sua membra physica dividitur. v.g. corpus humanum; Domus.

b, *est totum morale*, si individuum est morale, tum etiam membra moraliter sumuntur. v.g. corpus Ecclesiae, vel exercitus

1) Ideo vocatur *methaphysicum*, quod etiamsi unum subjectum existeret, et id quidem possibile tantum, tamen sufficeret ad hanc divisionem.

2) ideo vocatur *genericum*, quia alias ideas sub se continet. Et haec est methaphysica; sed in ordine ad physicam.

Nota Nihil diximus hucusque de idea *collectiva* quae est idea de unitate morali – sed de hac solum id est dicendum, non esse nimium miscendam ideam collectivam cum idea universali. Ceterum idea collectiva potest et debet dici *individualis*, nam hujusmodi unitas moralis cujus est haec idea, constituit individuum morale, est igitur idea de *individuo morali*

§ 124.

Divisio debet:
1° Adaequata esse;
2° Ordine procedere.
3° Omittere membra jam in aliis inclusa.

Caput V

DE Judicio.

§ 125.

Quid de judicio systematum recentiorum conditores senserint, quidve pronunciarint, apposito studio jam declaravimus. Hic tamen operae pretium erit eas sententias in medium afferre, quae vulgo in scholis producuntur.
Porro ex quo Lockius veteri doctrina posthabita, quae judicium constituebat in praedicamentis, seu categoriis subjecto additis, ejus loco novam proprio marte in scholas invexit, quae ad judicium duas omnino requirit, jam coepit exinde et judicii definitio ad hoc

ejus placitum detorqueri.
Quamobrem antequam afferamus hujusmodi definitiones, veterem illam ex Aristotele scholasticorum sententiam prius exponendam curabimus. —

§. 126.

In capite tertio exposuimus Aristotilis et scholasticorum doctrinam de ideis, quae ad ipsis species intelligibiles n dicebantur.
Verum id notandum est huj. m. doctrinam penes ipsos non ad logicam pertinere, sed ad psychologiam — tractatum de anima —.
Logica aristotelica constat proprie libro Cathegoriarum sive praedicamentorum, qui possunt dici etiam de judicio, et libro analiticorum, qui poss~~et~~unt dici de Syllogismo et demonstratione, ut jam nihil dicamus de ejus dialectica, itaque doctrina de judicio constituit vere totius logicae Aristotelicae fundamentum.
Haec autem doctrina zita se habet:
Omnia quae dicuntur — et quae vel aequivoca vel univoca vel denominativa sunt — omnia dicuntur vel secundum

/continuatio in libro tertio/

